duyridem sic tibi placet) doctioribus Summaritatis et sapientiae cultori-  
bus communicetur, qui recte iudicare, tum norunt, tum si sint  
quod audiunt, candidi, etiam volenti. Affecerunt me suam in epta  
tua nota Cl. DD. Jo. Dee, et Jo. Rogerij. quamq. eum me forte non  
norunt, fama tamen eruditionis vniq. in sua professione, utriusq. pri-  
mam mihi venerabilem fecit, imprimis grandaevum et celebratum illigen-  
philosophum d. Dee, quem non debitas sum me ante annos prope 40.  
sua aetate grandem alluquio suo dignatum famulatuq. iterum in  
bibliopolio est hic Birchmannorum. cuius temporis cum recorder valde  
doleo mihi tunc per beneficia negotia otium fuisse negatum, a tanto viro  
discedi quae postea saepe ab alijs, sed frustra, quae sum. Inter alia vero  
intelligentiam. Monachis hieroglyphicis pridem ab ipso editis, cuius si tu  
clarem impetrare posses, participes eius esse optem, vel etiam pretio  
decori alicuius honorarij. Siqua tibi cum illo est mita familiaritas,  
et occasio communiendi recurrat, quae so tenta suamiter an impetrare possis,  
et reverenter ei meam dicito salutem. In summam iam pridem  
raplus sum admirationem sapientiae eius in omni genere suetiarum,  
maxime vero Mathematicae, totiusq. Philosophiae, imo et Theologiae, adeo  
ut etiam optem mihi foelicitatem (si contingere posset) eius con-  
suetudinibus. Et si enim non desint qui damnate Magiae cum infemulet,  
forte quia quicquid non intelligunt damnant, ego tamen reverentia,  
multa in honore putu sicuti digna, ac minime damnanda. Scire tamen  
per te aucto, quantum sit in estimatione inter doctiores Anglos, vel  
philosophos non profanos. Dno Jo. Rogerio quoq. salutem dici meo non  
opto, si forte memor sit quam amice mihi fuerit foelicitate memorie ipsius  
quandam frater. Laudo atq. exosculor demum tuam in vera pietate con-  
stantiam, qui grassantis extremi pestis tempore, domi malueris periclitari,  
quam tuis deesse: nec dubito quin deus, qui dona sua in filijs coronat,  
eam mentem respiciens familiaritatem team pepercerit, et visitatione cog-  
nata tua misericordia temperans, lato fine terminarit. Sic ego mecum  
altu esse perpetuas dno gratias ago. Graviter enim agraam et diu, nonne  
vero lenta gradu extinctas pene vires incipio resumere, adeo adhuc debilis,  
ut hanc epistolam uno continuo ductu absolvere non potuerim. Quaedam  
filiarum mearum intermittenste, forte adhuc laborant: sed haec ex diuturna  
et communi consuetudine sua hoc obtinuit, ut vix morbus aestimetur.  
Vale vir opt. et mihi desideratiss. Filij mei t. h. saluere iubent, et suos  
tibi gratias tibi agit, egoq. una, pro humanitate ei affatim exhibita.  
Ad speculi coneam mentione hoc tantu addere audeo, aegre accipere  
amicu tuu qui comparavit ad posse, si renunciet te non tu accepisse, ac  
roges dispiunt a quo et ubi sit repetenda, ne labor ipsi, et sumptus nobis  
perierint. Sis itern commendatus deo. Middelburgi die vii Januarij 1604.  
Tuis ex animo Jo. Rodermacherus

Opto scire, qua nunc  
sit aetate, quid agat,  
nihilquid adhuc  
meditetur publico  
bono inuolans 1527.

et a pluribus mihi  
predicabit,

228





394  
Fere excederat significare, quod ad manus meas nuper venerit Protocolli  
Hooftmannicum. Theatru Ortelianu, multo usu valde tritu ac lacerna.  
Constat tabulis 38. plerisque exensu Roma, formis Michaeli Trameyini,  
Sarta magna Imperiali, vel Regali displosa. Ex his 8, vel 9. Fiantur  
in Belgio aditis. Nomina Regionu adscribere, sed excludor angustia  
temporis. Si scire aueas, nullam alias. Asia, Africa, Tartaria, et Egyptus  
Ortelij exceptis, ac pter Orbis universalem, omnes sunt Europae.  
Restitue hunc numeru tabularu in epistola mea.





595

Capiti epistolae meae incipienti: *Iste cum ad historias: usq; ad haec verba; negata mihi fuit oportunitas; exclusivae: deleto, sequentium alterutrum poterit subsistere*

**E**t cum ad historias intelligendas geographico imprimis studio delectaretur, tabulas geographicas sibi comparabat. Undecumq; haberi possent optimas, in folijs plerumq; eruditissimas, quas ipse (ut a pueritia praefurae quoque deditus erat) sibi colorib. illustrabat: idq; tantis scite, ut omnes alias quae tunc prostabant elegantia superarent, adeo ut quibus istae semel visa, non alius quam Ortelij manu pictas comparare vellent. Hoc itaq; exercitium non inutile sibi fore expertus, subsistivas a literarum studijs horas prudens ei impendit adjuvatus opera sororum, quae mappis munire papirum; ac paulatim etiam coloribus inficere; admodum pulchre didicerant, fratris liberalitate fruente lucello quod inde redibat. Crescente iam cum aetate, cura rei familiaris cum matre vidua gerenda. **N**undmas Francfurtenses frequentabat, ubi praeter necessaria negotia, alloquio doctorum virorum, ceterisque omnibus occasionibus intentus erat, quibus optata literarum studia promoveret. Longinquas eadem mente terras urbesq; videre desiderans, hominumq; mores; ut verae sapientiae studiosi solent; cognoscere, Italiam quoq; circa haec tempora primo itinere lustrare cepit. **I**starum profectioinum causa cum frequenter abesset, nec mihi a ministerijs herilibus quoties liberet exspaciari liceret, negata mihi fuit &c.

vel,

**O**mnes nihilominus occasiones diligenter observans, quibus optatum rerum expectandarum cognitionem adipisceretur, secum adhaerebat mercatoribus Francfurtensium nundinas frequentantibus, praesertim ijs qui vel literati essent, vel cum viris doctis haberent commercium, ut erant bibliopola pleriq; Antuerpienses, inter quos utriusq; tandem nostrum singularis amicus Arnoldus Mylius, tam vitae integritate ac humanitatis laude spectabilis, quam bonis literis addictus, dnoꝝ Birekmanorum Coloniensium negotiorum procurator, doctorum virorum doctas nundinas frequentantium nulli non notus atq; charus. Ad quos Ortelio hac ratione primus nisfallor; imprimis ad C.V. Gerardum Mercatorem; patuit accessus. Italiam quoq; circa haec tempora primo itinere lustrare cepit. Longinquas etenim terras urbesq; videre, atq; hominum peregrinorum mores cognoscere; ut verae sapientiae studiosi solent; iam inde a prima adolescentia summo opere desiderabat. Quarum quidem profectioinum causa cum frequenter abesset, nec mihi a ministerijs, herilibus quoties liberet exspaciari liceret, negata mihi fuit oportunitas qua ei innotescerem &c.





22  
75

Ornatiss. v. dno Jacobo  
Colio, amico suo optatiss.

Londonij

RC

*[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

965





S. P. mi chariss. Colie. Nisi mihi candor animi tui, et sincera amicorum  
astimatio perspecta pridem essent, verendum ducerem, ne diuturnum  
meum silentium amicitiae meae constantiam dubiam tibi fecerint. Agnosco  
sane nec officio humanitatis, nec antiqua meae consuetudinis respondere  
tantam alloquendi per epistolam amicos intermissione, negata praecipue  
non acausione solum praesentes, veruetiam spe coram praestandi culpam, ac  
optatis suavioribus confabulationibus aliquando perfrendi. Orituram detur!  
Tibi vero non intermissas fuisse amicas de me meisq. cogitationes, attestatur  
iterata tua litera, et in his assensa cura exoptatorum olim a me speculorum;  
quam deinceps malo ut deponas, quam tibi met, et amico a talibus forte  
alieno, molestus sis. Gratias interim tibi ago pro adhibita in illud opera.  
Id quod altorum eorum speculorum falso exhibet oculis, ipsum videtur amono  
amici tui, cui prima a te cura data, praestitisse lucri immoderate quae-  
siti splendor, immenso fecerit grandiora, quam quae reuera sunt, ostentans.  
Optarim ipsi, multisq. alijs, eiusmodi catoptrica deceptis, ac in promptu  
ut decipiantur, ut amersis a rebus eaductis animi oculis, mature  
in plano veritatis speculo, tum seipsum quales sunt, tum verae foelicitatis  
oblatum in Dei verbo antitypon contemplentur, eiq. oppositu summae  
in foelicitatis. s. Tim. 6. graphice expressu. Opto autem ac spero te  
nullum, vel saltem non graue damnum ex famosa ista decoctione  
ruina damnum tulisse. Reliquum est ut praeterea tibi gratias agam  
de libello mihi communicato, mense decembri nouiss. lectu sane digniss.  
eoz. mihi tuum incuridione, quod in spe conualescentia a morbo  
grauiss. et pane melancholico, talib. nouellarum recreationib. opus  
habuerim. Fuit sane morbus ille tam periculo, quam diuturni-  
tate grauior omnibus ante expertis. Vix enim etiam virum  
tantum <sup>re</sup> collecta, ut a necessarijs ambulatiunculis ad sacras coeciones  
domum redire queam sine dolorifica fatigatione; ut a genero meo  
et filiabus audisse iam potes. Sed gratia ei, quo confortante et  
pati, et medicoriter agere imposita possimus omnia. Sed  
quod attigi de nouellis, efficacius multo mihi praestiterunt Rituum  
a te tam pie quam eleganter scripti de nupera peste Londinensi.  
Cum enim inspiciendos prima dedisset noster Hostius, egoq. tam in-  
firmus cerebro et oculis essem, ut cuiusq. alij lectioni vix hora  
dimidia continuu impendere possem, adeo horum lectione affici-  
ebar, ut antequam tertiam partem uno tractu perlegissem, e manibus  
deponere non potuerim, postridieq. resumens summa cum voluptate  
ad fine usq. inpergerim. Nunc hys aditos, et ab amico nro d. Regio  
meo nomine dedicatos amice complecti, et ad Communis Patris  
nostri Dei tum instituta, tum misericordiae opera contemplanda, reuol-  
uere non desmo. Idem vixes pios, imprimis ex ipsa calamitate  
superstites facturos spero, optoq. ut quantum res ipsa docet, erudi-  
tionis et consolationis inder mecum capiant. Te autem qui nobis  
hanc ansam Dei ac nos ipsos cognoscendi comodissima <sup>ad hanc</sup> dedisti  
no solum ut par est laudo, verum etiam gratia. Horbebo quamdiu  
viam. ac interim hortor ut speculandum hoc talentum formori  
dare, pergas ad ducta Dei aedificationem; qua pter ipsum  
Dominum nihil nobis charius esse debet. Honarum quod vobis  
ignota sit nihil ad scribendum occurrit; Sed quid audis ac iudi-  
cas de his Papa irritamentis Venetorum? Legi eni voluptate libellum  
Anglicae aeditione ea de re, qua seruo ab utraq. parte agi  
videtur sed a PP. subtilissime coapta, a Venetis prudenter  
excepta. Qui si eo pede pergant, non dubito quin tragica  
haec comedia. Dei gloriae sit cessura, et Ecclesiae sua a dissi-  
cutione; quicquid humani, vel etiam Diabolici spectent  
ipsi actores. Oremus pro pie affectis, ac iudicium Dei ignarum  
conversione. Verbofiori quam cogitarem epistole hoc addere  
non dubitabo, ut te interrogem, nunquid libri habens, quo vel Tot  
vel alius quispiam docet rationem apte et proportionaliter fabri-  
candorum circumorum, aliorumq. instrumentorum artificibus, magis

320





Mathesin exercentib. necessarium, ut inde aliquid a te discam,  
vel similem aliunde potam ubi putes proflare. Voluntas mihi venit  
his diebus ducere unum circuitu lineam ellipticam, vulgus ovalem  
vocat, nec mihi deest aliquis ad prestandi socius. Sed cum manus  
pictum exemplar habeam circini peniculas ad hunc usum, cuius  
auctor adscriptus d. Durerus, sine adscripto utendi modo, nec mihi  
figura rem ipsam satis exacte representate videatur, hos defectus  
per te mihi supplere optem. idq. eo proclivius quod mihi quidam  
olim p. certissimo asseveravit se talem librū, cuiuslibet factum  
apud d. Ortelium p. m. cognatum tuū vidisse. Vale mi Colie amicorū  
optatissime, et compatrem meum Emanuelem a. Moteron meis verbis  
saluta: addens me posterioribus eius litoris non respondere, quod  
sperem vi redditum fasciculū manusculum mearū literarum, a nauta  
Petro Joannis, qui abunde pro responso sufficiet. Deus te cum huius  
diutissime servet incolumem. Data Middeld. die 5 Augusti Greg. 1606.  
Tui amantiss. Jo. Radermacher

HRC

London

Prof. J. J. van der  
Lindt  
De Jansz Cool roepman  
Jr



KODAK Color Control Patches  
© The Tiffen Company, 2000  
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black  
Licensed Product

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

8



In Christo Redemptore plurimum salve, charissime dñe Colie. A calen. Nonemord. quoniam  
novissima a te mihi redditor sunt literae, ad te scripturam, retentus hucusq; ab estu  
pigritia magis senili, quam necessitate. Nunc abrumpo silentiū, ne extincta  
deatur in me suavissima tui memoria, oblato tandem argumento toto eo intervallo  
expectato. Typis addendum curari; ne periret; librum cuius exemplar accipies a meo  
genere, cuius unicum autographum multos annos apud me latuit, diutius vix  
periclitari quin ab interitu vindicaretur, finemq; ab autore tam pio quam docto  
spectatum oportere demū tempore consequatur, consuetudine mea non est passa. Deus  
set fructum nominis suo dignum, et Eusebia (quod spero) utilem. Tu nos mi Colie placere  
ingenij tui foetibus super decorasti, recreasti: gratitudinis meae testimonium aliquod te  
dignum praebere exoptavi. Curtior vero cum sit propria mea suppellex, quam ut tale  
quid sine promi possit, hoc aliunde mutuatum ad te mitto, precorq; tibi ut sit es  
gratius, quo digniores fuerunt, imprimis illa cuius historia narratur, tum ille qui  
sit; sed super omnia doctrina ex Historia deprompta, vel ei adiuncta. Haec  
nisi ego fallor, laude atq; observantia digna comperietur. Porro ut ad Italiam  
praecipue destinatum est, opus perveniat, aliquot exemplaria Francofurtum  
tarda, de bibliotheca civitatis exercitata. Paucula iam mitto genere  
ad explorandum per te (nisi molestum sit) apud aliquam bibliothecam quae  
rei iudicabis aptissimum, an numerus eorum aliquis istis distrahi possit  
pretium non nimis tarde ad nos redire. Lucrum non auerper, tantum ne  
dem, et liber eorum omnibus teratur, qui lectione eius in melius pro  
Quaeso ne graueis hoc opus pro tua humanitate ac pietate in commune  
conferre. Ne vero impona mea detrimentum patiatur, unumquodq; exemplar in  
vros sterlingos quoniam reddere debet, cui pro non dubito quin bibliotheca docti  
addere possit, quod aequi lucrari sufficiat. Attamen si qd venditionem impedi  
vniū amittere malum quam non ducere. Jam venio ad vetera nostra. Sed  
tibi rem novam quae tandem aggressus es imprimis gratulor, nempe matrimonium  
iugū, cui ab initio quoniam rescit, Dei benedictionem se timentibus ps. 128. promissa  
ex quo precatus sum, atq; etiam nū precor. Delectum a te captum eo felicior  
medico, quod socerū nactus sis, quicum in eadem magna aliquam partem studi  
tuorum communicare in dies et horas possis. Opto tibi ut haec gaudia; primarium  
saltem; sint diuturna, eaq; olim uterq; decrepiti ~~et~~ nova capiatis ex filiis  
nepotibus. Novissima tua epistola capita singula mihi attinet repetere. Tantum  
ago tibi gratias quod postulatis meis abunde volueris satisfacere. Circiter quod  
nec, libros a te nominatos vidi, sed nihil in his ad institutum meū, quo quarebam  
rationem demonstrabilem duondarum verarum linearū ellipticarum, quarū spe  
fere sunt ~~impossibiles~~; modi eas dicendi dimissi, sed pleriq; vel incerti, vel admodum  
ad mathematica tamen instrumenta componenda, et varias quaestiones solvendas necessari  
Habeo tibi quoq; gratias de comunicatis scriptis 2. Pauli, et indicatis alijs quae  
postea nactus sum de controversijs Venetorum cum Pontifice et Cardinalibus quibus  
Eten poterit ut chartaceū hoc bellum componatur, antequā veniatur ad arma facta,  
nihilominus tamen credo, chartacea illa arma maiorem fecisse paucis mensibus  
rupturam in munitiones Pontificiae hierarchiae, quae ut multis annis (facit Deus  
ne unquam) reparari possint. In reliquis comparationib; tecū sentio, totumq;  
rei eventū infallibili providentia, et potentia Dei commendo. Jam aliquandū  
de hoc negotio ~~cauti~~ mihi nihil audio pter rursus incertos, in proclivitate esse ut componatur  
mihi tamen difficile videtur, et utriq; parti periculosum, maxime Venetis.  
De negotijs Reip. nrae mihi nihil innotuit dignum literis, tantum bellici apparatus hinc inde se attent  
Ordinū conventus flagit admodū frequenter habetur, de cuius graviss. de liberationib; ego vulgi comic  
ras et iudicia incerta floccipendo. Quod nostrū officij est, Deum oro ut consilijs praesae velis, hinc  
tophilinas astutias rotundex; probis consilijs eventum concedere, qui sit ipse gloriosus, Ecce saltem  
Huic demum opt. atq; unico hominū custodi te tuaq; omnia commendo, socia tua ledit. eiusq; venie  
rando parenti p. s. dico. Middelburgi, ipsi calendas Martij antequam. 1607.

Cui amantiss. tuus Io. Radex macborn





Wesfanden van Voorfchrijven  
D<sup>r</sup> Jacob Cool roepman  
Jn

London

HRC





Inviduū nihil ad te hanc, ddy, Ortelij ornatissime, licet à te saepe fuerim ad scri-  
 bendū provocatus, missis ad me Theatri tui tabulis, fragmentisq; antiquarum Bri-  
 tannicarum, Humfridi Pludij nostratis: Varie enim hoc anno iactatus sui  
 negotiorum multitudinē, et ab hoc officio, genere, longis etiā confectis in-  
 teritibus auocatus: Nam peragratis quibusdam externis regionibus, peregrinata  
 in esse sentio, lustrare Britannia. Itaq; nuper unum quibusdam Comi-  
 tibus Germanis, quibus ut Hybernia misissent, Regna formis, eam  
 insulam adi, ut eo animo, ut quae digniora esset, observarem, experire  
 veram esset, quae Joannis, Bartholomaei, (cum nolo q' de proprietatibus  
 rerum scripsit) Sabellius, alijsq; veteribus plurimq; eade terra pro-  
 scripsisset. Intelligo autē ex his tuis ad Emasmelen Demetriū datis, et  
 observationes illas meas expector, quas propediem ad te transmittā. Londi-  
 ni enim sunt. Comparavi mihi, Sylvestris Giraldi Cambrensis, Topogra-  
 phiam Hybernicā, ante annos 400. scriptam, nunquā ante editā, cuius tamen  
 et mentionem facit in tuis tabulis Hybernicis, meminij, quā cum diligentij  
 eius descriptione cupio edere, ad te oia formis datur. nactus etiā sum  
 insulae eius delineationem Geographica, perquam accurata, quā cum  
 probe curavi describi, metum habebij coenam. Valde ea exornabis  
 Theatrum tuum, ipsaq; Hybernia hoc a te flagitat, ut ut Anglia, et  
 Wallia seorsim excuderis, hanc et etiam propria charta, quādamo-  
 di Hamra, a ceteris regnis, oceanis, diuisis, formis tuis separatim edas.  
 Me certe non leuiter tibi deumixisti, missis subinde ingenij tui ad me  
 monumentis, cohibitione continuata meo in me benevolentia resereris: pro q'q;  
 dolore nō esse mihi, quod in tuis remittā arduisq; Efficiam,  
 quae sit moestia in te voluntas, argumēto aliquando, cognoscas, non  
 leui aut dubio. Totus sum in propediem ijs scriptis, quae michiata in-  
 dudum apud me habui. Jamq; abedij, de Moribus Veterum Britannorū,  
 librorum, cuius in tuo Theatro, quij tuis est in me amor, mentionem facij.  
 Alia cogitatio maioris mihi difficultatis obstitit, scripsij, n. de Roma-  
 norum in Britannia imperio, quae scriptio quam laboriosa in fue-  
 rit, ipse facile conijcet, cum nullas ante me, id argumētū attigerit,

244

K





omnia, ex grecis et latinis, usq; antiquissimis authorib; haurienda sunt, veri-  
 tate magis et mendacis recentiorum, ferri obusa et dolosa, ad quam eru-  
 enda, diu nō potest, quantum lucis et numismata, et alia marmorea inscrip-  
 tionis attulerim. Peto autē maiorem in modū a te, agas cum Goltzio  
 nostro, ut si quas observaris ~~magis~~ inscriptiones, in numismatib; quorum  
 habes et videt innumera, vel in marmorib; alijsq; monumentis antiquis, qua-  
 ha multa diligenter inspicis, quae vel ipsius nominis Britannia meminere,  
 nobis transscriptas ad me transmittas. Equidem diligentia eius haec in re,  
 istis precibus compensabo. Saepo. n. in numismatib; et marmoris citantur ij,  
 quos, alijs, authors nō meminere, vel si meminere, lucem recipiunt  
 ab ijs, non vulgarum. Inveni hī multa post meum ex Gallijs redita, plu-  
 ra etiam ab amicis fuerit mihi communicata. In hoc haec data meo, recorder  
 omnium Por, qui a Romanis in imperio et auctoritate in Britannia fue-  
 rit missi, in quo argumento dum versor, facile deprehendi, quantum lucis  
 numismata scriptis antiquis, cum his collata, afferat. Saepe etiam partem  
 Linnij, q; Julij in Britannia expeditionem edinet, mirra temporis, et  
 hominum, amissam: Ammianus Marcellinus, ait et Britannia descripsisset, ea  
 pars desideratur, quae etiam Diodorus de Julij et posteriorum in Bri-  
 tannia conatib; scripsit, nō habent. Sit igr capnumero, ut numis-  
 mata Por in honorem faciat, quib; apud probatos authors, silentium.  
 Ne dubito, quin ipse me plurima, dū hīc moror, et adinuare et posse  
 et velis: fauces certe vobis mihi gratissima: nec ego es sum, qui mihi illa  
 arrogabo, quae ab amicis accipij. Edidisti olim tabula, in qua ruinas  
 arius in Hollandia veteris expressisti: in qua inscriptio est, q; Britan-  
 nijs nominis meministi: ea hīc nec potest, nec potio comparari potest: rogo  
 ad me mittas, cum Wallia topographia, quas ambas tabulas tuo Tho-  
 atro mirrorum, locis ad eas recipiendas, de industria, reseruat. Quod  
 si Wallia descripta duo miseris exemplaria, remitta tibi Walliam  
 arcib; veterib; auctam, quas a Fluddo neglectas, amicus q'dam meos ob-  
 servavit. Atq; haec sunt, quae ad te nobis exarant in Gens, impedi-  
 tus, et tantum nō distractus curis amicis, ut qua interva cogitem,  
 et mihi q; manib; suis, cognoscere, sinosq; nihil est consuetudinis tuae





recordatione, apud me gratiam acceptissimam. Omitte nona:  
 Sicut hinc ex nostrarum, quae auxilia imploramus nos vero sic vestris  
 calamitatibus moveamur, ut ad praestanda quae petimus, non permoreamur,  
 pacemque incertam, incertis bellis praeferenda existimemus. Re:  
 quia aegrotantibus his diebus, nunc superis laus, conualuit. Comitatus  
 quo ad tertium Nouembrii diem prorogata fuerant, violata  
 hinc sunt in duodecimum Januarii sequentis. Bene Vale qua-  
 missima Ortely. Ex Aula Windelstorana, vrbis. XIII Kal.  
 Nouembros. 1713 27711.

Saluta, pto, matrem et sororem, Goltzius ena.

Tuus et suus, suus et tuus,

Daniel Regerij

HRC





D. Abrahamo Ortelio, Cosmogra:  
pho Clarissimo, amico vni atq<sup>ue</sup> vnic<sup>o</sup>.



Andouerpam

200





S.

Iamdudum reddece mihi sunt à te literæ, clariſſ. Dn̄i ōverli, plena  
 humanitatis, quibus lectis è veſtigio Dn̄i comadum pium p̄m̄igorem  
 V. I. Doctorem ac Inſula civitatis Auguſtæ Aduocatum clariſſimum, intimum  
 amicum meum r̄nuem, eumq; p̄cut etiam aliàs rogantibus Dominis  
 Chriſtophoro Heemanno, et Doct̄o Vico Adolpho occone euſdem Reipubl̄.  
 Medico p̄ueteri amico meo, maiorem in modum obſecraui, ut tam me  
 quam tua, quimmo Reipubl̄ literaria cauſa, tantum temporis Inſu,  
 meurt, chartamq; illam p̄uinciam quam petis in auita bibliotheca  
 quaereret, et quo id rectius etiam exequi, et mentem tuam ex ardo  
 intelligere poſſet, epistolam tuam eidem legendam tradidi, Ad qua  
 reſpondit, ſe nihil magis in uotis habere, quam tibi, tuiq; ſimilibus  
 reudis Vicois, in re p̄aſertim tam honoſta gratiſimæ, ſed me non  
 ignorare, quam huiusmodi res difficiliſſime inuenta, ciſtas enim  
 plures diuerſis chartis, tabulis, ac ſcripturis plenas, quas nunquam  
 uidit extare, ac ob id ſe noſſere, Unde initium quaerendi facere  
 debeat, ſed nec B. Rhenanum de reb. Germanicis, nec etiam Gol,  
 Denhamium ſibi ad manum eſſe, ex quibus deſcriptionem, atq; ita  
 chartam illam plenius cognoſceret, plures enim ſortaliſſis ſub  
 ultimis ſupp. depiſtas et excuſas eſſe, ſe à publicis negocijs  
 aliquantum librariorem et quietiorem unam aut alteram ciſtam  
 preludatorem, et ſi tale quid quod petimus exſortit, deſcriben,  
 di ſui deſcribendi copiam lubenti animo facturum. Reliquum  
 igitur erit ut Vico occupatiſſimum data occasione poſſit  
 diligentem admoneam, quod ſedulo me facturum eſſe tibi pollicitor  
 conatum enim eorum qui rem literariam promouere ſtudent  
 inter quos tu haud minimus es, non ſolum omnes laudare  
 ſed ſum̄is etiam uicibus adiuuare debent, et reſponſum quod  
 in poſterum ab eo tuleris, ſtatim ad te perſcribam. Bene et  
 feliciter Vale Doct̄iſ. Dn̄i ōverli, ac p̄cum Bellorum mi  
 amantiſſimum Vicum officiōſe ſaluta. Data Auguſtæ Vnde,  
 literum XXV<sup>ta</sup> die Junij. Anno ſal. M. D. LXXXIII. ſilo nouo

Tuae humanitati addidit h. s.

Johan. Roma. V. I. D.

246





*Faint handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.*

*Main body of faint handwritten text, likely the main content of the letter or document.*

*Ornatissimo doctissimoq; Viri,  
Dño Abrahamo Oetelio, Dño  
et amico suo honorando.*



*Anticipia*

*Bottom section of faint handwritten text, possibly a signature or closing.*

598





Jwaertig wesen en e familiarer sijnen, welck den  
 diverse wijzen geschiedende gewoont wesen sijnige  
 mijden printen, dat wessens vermanend tot meender  
 menigeden is douch te bejouden, soo hebben wij  
 broeder en in die hantien een coragie gebrege en voo  
 genomen en (wintelych grootende) schriftelyk te be-  
 sterken, en wy dat wy dagelyc verbaer dat v.l.  
 Opera (naemlych T. orbis terrarum, wessens rindelych  
 en welgesueter Carteren soo excellent bescreven)  
 by groote potentaten, en jonge geleerde manne  
 als ook by gemeyne personen, sijn geroent en  
 dagelyc gedillecteert word, hebben wij gebro-  
 ders bedacht te laten desigueren, en selfs is vo-  
 per te sijnen, die vier verscheiden nationen van  
 ons kersten deel, te wisten Europa, en die  
 prinovaelste proprieteit der selver vxt vort-  
 ste door sijnigen van instrumenten en humilitie  
 deligeteert, welck al ook in de dillecta-  
 tie van die, door die latijnse wezhen gemey-  
 sijn verstaer sullen, ook wessens helen onder-  
 linge (soo in die sijn) onser beyder gebroeders  
 affectie, tot gantwaerts Confidencie, en dat  
 meer is, on onser kunst by sulcken personen  
 als boden verbaert, soo wel mogelych, behou-  
 den lingenaden te maeken, hebben wij voo-  
 theste geargt. v.l. al sulcken kleinne wend  
 te dediveren, niet twijfende, van te sijn  
 get vnde sijnen wort, ditte, wat van  
 voren konst word meest geargt, en die mi-  
 get den al mogenden sijn alsoo geargt,  
 dat wij twee gebroeders by malandien  
 onse residentie en gantvinge is allen

249

Wint/gap sijn:





Freundſchaft geben, unangeſehen die große Distan-  
 zu tuffen v.l. Ende nur, nichtemals bey  
 viel vortwörderlich (aber die geringste dieser  
 professio) verſtändig, bittende u. l. Willig  
 dem des bey unser schrey, doch gutwillig, arbeits  
 angemaßen weſen laſen, Ende ſommige feitel metten  
 Junſte bederht laſen, mitte des bey weuſſen  
 v.l. unser ſehr günſtiges Zeeen lange geſontzeit  
 in vrede Ende ſaligkeit. Datum des 28  
 tag in mecke 1594. zu Münnich in Baieland

V. L. hochbargeyt,  
 weisheit, u. günſtig

geaffertimende,  
 dienstwillig, u.  
 freundlich, gebredem



Johann, zu Hasſawl,  
 Sadolern, Kupferſchrey

v. l. Alvarro meſſe  
 lichte an unad





propter salutem a me, et Monacho nostro  
 non habebam quod gloriari, pro  
 mittens circumspiciebam. in hęc tabula ad  
 manus recentis nota. vix vsa. tu eam vide, et  
 boni consule.

Den D: Sacerdotes S. Augustini, videri  
 desideramus. Sicut de Bergang Dubel  
 Conf. in. den Ko: M. + a quibus  
 ipsi Sacerdotes ad id dicitur in

*[Red wax seal impression]*  
 S. Augustini



~~Japan~~  
~~Sumatra~~  
 China  
 India Orizaba  
~~Japan~~

610





Nicolaus Securius Eques Polonus,  
Abrahamo Ortelio Antuerpians.

S. P. D.

Vide Theatrum totius orbis terrarum, quod te auctore in lucem prodijt.  
 ac cetera quidem omnia in eo non sine magna animi mei voluptate legi,  
 universumq; orbem terrarum quasi oculis adspexi; illud vero nescio  
 quomodo fit, ut aliquanto molestius feram, quod nonnulla de Polonia,  
 que patria mea est, perperam scriptisse videris. que autem sint eiusmo-  
 di, si Martini Cromeri Poloniam legeris, ipse facile animaduertes.  
 in illo enim opere, quod Coloniae apud Maternum Cholnum typis ex-  
 cussum est, vir ille doctissimus, De situ, populis, moribus, Magistra-  
 tibus, & Repub. Regni Polonici ita tractat, ut nihil in eo genere  
 scriptiois addi minime possit. immo & Libri quoq; eiusdem Cromer,  
 (praesertim autem primus) quos triginta de Origine et rebus gestis  
 Polonorum conscripsit, magno tibi argumento ad eam rem declarandam  
 erunt. Et si enim multi Historiam Polonicam; in primis autem Vin-  
 centius Cadubens, Gallus quidam Monachus, Joannes Dlugossus,  
 & Matthias Michouiensis, tum vero Iostus Ludovicus Decius,  
 Bernardus Vapovius, & Joannes Herburtus; stylo persecuti sunt,  
 tamen Cromerus longo intervallo hos omnes post se reliquit, meritoq;  
 primas, ut olim Salustius in Romana, sic ille in Historia nostra





Summa cum laude nominis sui obtinet. Nam quod sub Russia Polonia  
 quoque comprehendis, toto caelo, quod aiunt, simul cum Sigismundo  
 Herbersteino, quem ea in re auctorem sequeris, erras. Sunt enim in  
 Sarmatia Europaea provinciae, Polonia, Masovia, Podlattia, Prussia,  
 Lituania, Samogitia, et Livonia; quae tamen nunquam Russia nomine  
 censebantur, neque nunc censentur. Tabulas etiam Poloniae edidit,  
 ut scis, Andreas Lograbius Vilsnensis, quem tu corruptè Poogradum  
 seu Logradum vocas, et Venceslaus Grodecius; cuius tabulam  
 siue chorographiam, quod Theatro tuo inseruisti, vehementer laudo.  
 hanc enim Gronovius (cuius iudicio ea in re plurimum tribuendum  
 est) in sua Polonia approbavit. Prodebunt, ut spero, Lituania,  
 Prussia, Prussia, Masovia, Samogitia, Volinia, Podlattia, Po-  
 dolia, et Livonia, adiunctarum Regno Polonia provinciarum exacti-  
 ores descriptiones, ex quibus, quid de illis quoque regionibus postea  
 scribendum sit, abunde cognoscas. Quibus de rebus scripsi ad te,  
 mi Ortelio libere, cum optimo animo tuoque amantissimo; quippe qui  
 à bonis eruditisque viris, id est à tui similibus, diligi velim. neque  
 dubito, quin tu hoc ipsum, quod scripsi, pro tua humanitate equi-  
 bonis facies, et hanc meam curiositatem (licet hoc nomen in  
 videri ponatur) ab omni malevolentia disfuncissimam, ac potius  
 cum





cum summa erga te observantia coniunctam esse, tibi persuadebis.  
Benè vale, & Romam, quo me brevi conferre cogito, ad Oratorè  
Polonicum, literas tuas mite. quid enim ad hac respondeas ex-  
pecto. Neapoli Calend. Nouemb. M. D. LXX. IX.

Tuus animo & studio totus.

Nicolaus Securus Eques Polonus.

*[Faint, illegible handwriting]*





Excellentissimo & doctissimo viro  
domino Abrahamo Ortelio Antuerpiensi  
amico carissimo



In Flandria. In absentia dno  
Antuerpia. Christophoro Plan-  
tino typographo.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page, including a date: 1609

740






Nicolaus Secovius  
Abrahamo Ortelio.

Post scriptas haec literas, nactus sum Sigismundi Herberstem Rerū  
 Moschonicarum Commentarios; quos summa cum diligentia legi atq;  
 relegi; nunquam tamen illum esse in ea sententia, ut Poloniam sub Rus-  
 sia, quemadmodum tu in tuo Theatro fecisti, comprehenderet, reperi.  
 immo ille Poloniam, Masoviam, Lituaniam, Samogitiam, & Livonia  
 (addo ego Prussiam et Podlassium) excipit, caetera autem in Sar-  
 matia Europaea Russia nomine complectitur. Sic enim inquit: Ca-  
 terum Russia montes Sarmaticos haud longe à Cracovia attingit.  
 Hic iam attende, quod Russia attingit tantum montes Sarmaticos, non  
 longe à Cracovia. Cracovia autem est metropolis totius Poloniae; quam  
 quod excludit à Russia, ipse vides. Et paulo post: Lon-  
 go deinde secundum Tanaim, ad confluxum scilicet Oceani et Rha-  
 fluviorum, itinere emenso, transendo demum Rha longissimo tractu  
 in mare usq; septentrionale; post inde redeundo circa populos Regi  
 Sueciae subditos, et ipsam Finlandiam, sinumq; Livonicum, atq; per Li-  
 voniam, Samogitiam, Masoviam demum et Poloniam usq; revertendo,  
 Cui est, ut ego interpretor, omitendo populos Regi Sueciae subdi-  
 tos, Finlandiam, Livoniam, Samogitiam, Masoviam demum et Poloniam


260





Russia Sarmaticis tandem montibus terminatus, Suabus duntaxat  
provincijs, Lituania scilicet et Samagitia (quam aetia videbatur  
quod a iugere Russia interiectis. Unde facile cognoscere po-  
[redacted] quod [redacted] ipse Herbersteinus tecum sentit, sed omnino mecu.

Quamobrem errorem, si vis et potes, corrige, et [redacted] curioſitati igno-  
ſcer. Iterum bene vate.









*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a letter or document.]*



*Dotteranno Caro,  
D. Abrahamo Artelis,  
Geographo nobili.*

*Antwerp.*





Et si uero mei quibus maxime tabula, quam mihi donasti  
 Galliam tuam video Commentarijs Caesaris praefigi. non dubito quum  
 e' idem factum de uita, cum recudetur Virgilius, e' merito magnam  
 ei laudem allaturam. Apud Macrobius legitur. Scio, quos quantas  
 Viri eruditi laudes ceptum in hunc conuerant; Eum furis praefectis,  
 Angustis, peritissimum, totius antiquitatis scientissimum, Astrologum,  
 Oratorem, e' quid non? Nemo tamen istorum et Cosmographum  
 faceret tibi praeripuit, qui ex eius non toto opere, magnam Orbis  
 partem (prout tunc cognitus fuit) nec aliunde mutuas nomibus  
 expressisti. Gratias tibi ago, quid me uelatum addam (Vide  
 quam facilitate tua abutor) cum alterum peto exemplar? menon  
 enim nisi (cognato cuidam meo, qui litteris dat operam in Germania  
 Eum cum uideam ad Poetrem propendere, non desino admonere  
 assiduum sit in hoc Auctore, hunc Magistrum dico, quum e'  
 usurpo (etsi in re non peraque seria) quod de Dico (Cypriano refert  
 Hieronymus; patre quondam Pestalliam librum possentem Notario suo  
 dicere solitum: da Magistrum. In his habes Noua, e' epistolum  
 ab Honfraglio nostro. Addit, ad XIX Maij, Strigoniensem artem  
 nondum captam fuisse, gaudent se defendantibus obsessis, quum e'  
 per cuniculos ignem suppressisse, qua' Chudianos oppugnantes scribam  
 qui plures, e' ex primoribus pessime afflyit. Deum precor  
 te mi Ores seruet inuolumentum. Aquisgrano XX Junij XCIV.

Iuris Joann. Vianus






Clarissimo Viro Dn.  
Abrahamo Ortelio  
Geographo Regio. amico  
meo observando



Antuerpam.

278





291

Clariss. Viro, D. Abrahamo Ortelio,  
Amico maximo, & colendo S. D.

Lra tua, Kal. Aug. apud Vos scripta, recte mihi una cum Cl. Viri  
D. Lipsij epistolis, P. Viuiani nri opera, VII. Idus Aug. sunt red-  
dita, Amiciss. D. Orтели, quae me magna voluptate affecerunt.


291



292

cū rerum Indicarū lectione supra modū delecter, & quęcunq;  
Amicorū meorū noui huiusmodi qd habere, ab illo comodato  
accipere soleo, quō legere possim: & Daciae Tabula illustrat  
Tractatum Stephani Zamofij de Analectis Dacicis. Est. n.

292





Clariss. Viri, D. Abrahamo Ortelio,  
Amico maximo, & colendo S. D.

Lra tua, Kal. Aug. apud Vos scriptae, recte mihi una cum Cl. Viri  
D. Lipsij epistolis, P. Viuiani nri opera, VII. Idus Aug. sunt red-  
dita, Amiciss. D. Ortelii, quae me magna uoluptate affecerunt,  
cum plane intelligam, salutem meam, quam Tibi comiseram,  
D. Lipsio non fuisse ingrati, cuius ego eruditione semper  
magni feci, ingenium laudauit, scripta cu uoluptate legi, atq  
omnino futurum sperauit, ut occasio aliqua cu coram salutandi,  
complectendi, ac honoribus dignis adficiendi se mihi offerret,  
cu ad Serenis. Principem meum Boium uenturus a compluribus  
diceretur, cui tn rumor nunc fides a me est adhibita.  
Eum si uerbis meis panice salutaris, Studiag mea paratis.  
declaraueris, rem admodu gratam es facturus; cui etiam  
lubens donum aliquod in mei memoriam mitterem, si rem grata  
me facturum scirem, sed expectabo prius tuas lras, ac consilium  
tuu sequar. Eius opus de Machinis bellicis auide expecto, ut  
cu priori illo de Militia compingatur, cuius exlaxia tria a  
Bibliopolis nris, merces suas mihi protrudentibus, cu essent  
per errorem missa, duobus Inclytis, sumag Spei Principibus  
in uicinia nra, Maxamyliano Boio, & Guolfg. Guilielmo  
Palatino pro Strena donauit, cu parentes eorum magnis me  
subinde honoribus ac beneficijs exornent, & Liber ipse talium  
Principum lectione admodu sit dignus.

Thesaurus tuus Geographicus, una cum Tabulis Dacicis  
mihi inscriptis, diligentia Camozij nri, recte post nundinas  
proximas mihi est redditus, pro quo ingentes ago gras,  
cu sit opus elaboratu, multorum lectione dignu, & Biblio-  
thecis admodu utile. Emitur mehercle pro uirili parte, ut  
sim gratus, & arduu per aliquod, utroq nrum dignu, mittam.  
Daciam tua comunem cu Amicis copluribus, atq etia proceribus  
qbusdam, feci, qui eam omnino gratam habuerunt, ac inprimis  
Heluetij, ap quos libri alicuius precij, Tabula Geographica,  
Icones Cl. VV. uel picturae elegantes rarissimae sunt. Unius  
ex illa gente Amici mei summi, & in cognitione historiarum,  
Matheseos, ac totius Antiquitatis cu laude uersati, D. Joh. Jacobi  
Ruegeri, Ecclesiastae Scaphusen. uerba pauca adijciam:

(Epla tua amica, erudita, & beneuola me recreauit, adiuncta item  
munera, Tractatus nimiru Fridrichi 2. Imp. de arte uenandi,  
Liber item Iosephi a Costa de Indicis laboribus Iesuitaru, atq  
Daciae antiquae Tabula a Cl. D. Ortelio Tua Amplit. micupata,  
supra modu me exhilararunt, & ualde grata fuerunt. Historia  
Indica genio meo accomodissima, quemadmodu & Daciae tabula,  
cu rerum Indicarum lectione supra modu delectet, & quaecunq  
Amicorum meorum noui huiusmodi qd habere, ab illo comodato  
accipere soleo, quo legere possim: & Daciae Tabula illustrat  
Tractatum Stephani Zamofij de Analectis Dacicis. Est. n.





Tabula ppulchra, quoad artificium, pulchriorem tñ illam reddit nomen  
 tuū illustre ac clarum in orbe, quod Magnū D. Ortelium Historicū ac  
 Geographū insignem illustrius fecisse est, quod Amici tui illi grās agant,  
 & Tibi gratulentur, quod testimonio tantū Viri Studium tuū erga  
 rem literariā toti orbi innotescit. Sed ignosce mihi, optime D. Orteli,  
 fastidium ex aliorum lris Tibi adfuerit, quem negocijs grauioribus, ac  
 scriptionibus frequentibus occupatū esse, planē mihi psuadeo: Vicit  
 enim tuus in me animus, meaq̄ erga lras, literatosq̄ beneuolentia, ut  
 has Amici mei lineas aliquot ep̄lae huic adiungerem.

De Modio non est, quod multum sis sollicitus, cū mihi hominis  
 ingenium abunde sit notum, quem (ubi occasio aliqua cōmoda sese  
 ostenderit) meis uerbis salutare cupio. De Optimi Viri

Tilemanni Stella, iādudum defuncti, laboribus ac scriptionibus Geo.  
 graphicis, ubi ad Amicos Rostochien. scripsero, inquirā, nū spē  
 aliqua apud heredes eius, de ijs publicandis, adhuc adfulgeat.

Deniq̄ ne ep̄la haec incomitata Te accedat, uel amici erga Te animi  
 declaratione careat, mitto artificū nrorum Tabulas Pañonicas,  
 Transyluanicas, & chartas aliquot minores quarundā obsidionū,  
 quibus adiunxit pauca cōclaria Iconis ac Insigniū meorū, ut ea  
 D. Lipsio nro, alijsq̄ Viris amici sentientibus, mittas. Ego eodem  
 ad eum paucis uerbis scripseram, animi mei propensā uoluntati  
 declarassem, si rem gratam tanto Viro, uarijsq̄ Studijs ac laboribus  
 implicito, me facturum existimatus fuisset, apud quem ut mihi  
 loco ep̄lae esse uelis, unice à Te peto. Norimbergae habitat Leui.  
 nus Hulsius Belga, lingua Gallica illic p̄ceptor, in aedibus Comitum mei  
 Arteni in notitiā meam receptus anno superiori, qui elegantes Tabu.  
 las Pannonia, & descriptiones Chronologicis edidit, quas ego Augu.  
 Stanis antepono; eas ubi à Camoxio nro, hōie possicioso, nondum  
 accepisti, fac ut sciam, quas lubens mittā p̄ Viuianū nrum, qui  
 singulis hebdomadis suam mihi operā se locaturū promisit.

Vale ex animo, Vir ornatissime, & certō Tibi psuade, Te à me  
 sumopere diligi, magni fieri, nōi tuo esse deuotum, ac maximis  
 beneficijs Tibi deuinctum fore. Augustae, die festo S. Laurentij,  
 qui totus apud nos est pluuus ac incondans, qualis ferē integra  
 haec aetas fuit, messi & uineis admodū incōmoda, Año Chrīane  
 Salutis, 1596.

Tuus totus

Ioh. Georg. à Werdenstein



*[Faint, mostly illegible handwritten text in Latin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Clarissimo, ac rara eruditione ornatis.  
Viro, D. Abrahamo Ortelio, Cosmo-  
grapho Regio, & Polyhistori excel-  
lenti, Dño, Amicoq, colendo.



Antuerpia

Tuus

*[Faint signature or name]*

